



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

Liber Secvndus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

FRANCISCI BORGIAE

Societatis IESU Præpositi
Generalis ab Ignatio
Tertij

LIBER SECVNDVS

ANDREA SCOTTO Societatis
eiusdem interprete.

CAPVT I.

*Abdicatis Fortune bonis que
gesserit.*

LÆTIOREM nullum ad id
temporis diem illuxisse sibi
FRANCISCVS, & sentiebat, &
prædicabat, quam quo bonis se-
se omnibus exspoliasset. Liber e-
nim à curis, vni DEO, qua re ni-
hil illi iam tum erat antiquius,
sefe dabat. Id vt procederet feli-
cius,

eius, sacris initiatus est. Quo
 quidem Ordine ne indignus vi-
 deretur, orare iam in dies DE-
 VM, corpusque castigare solitus
 erat. Nec enim ignorabat, ad il-
 la adyta illotis manibus irrum-
 pere, sacrilegio affine crimen ef-
 se. Ritus iam, ceremoniasque e-
 didicerat. Loyolam in aequo con-
 tendit, primamque Liturgiam
 obtulit, tribuens hoc Ignatii, &
 patriæ, & pietati, Kal. Sextilibus
 anni post Christum natum clo.
 IO LI. Aræ ornamenta, mappas-
 que graphice elaboratas, atque
 sororis acu pictas, Ludouicæ
 Borgiæ Comitissæ Ribagorzæ ad-
 hibuit. Ioannes verò Borgia, fi-
 lius, Eucharistiam de manu illi-
 us sumpsit. Iulius tertius Pont.
 Max. liberaliter FRANCISCO
 Jubilæum, vt nominant, indul-
 serat, vt cum primo publice sa-
 cris

cris

cris operaretur, quotquot rite
 confessi adessent, ij veniam acci-
 perent peccatorum. Igitur Ver-
 garam in oppidum secundo ab
 Ognato lapide, vt ad plures sa-
 crificij manaret vtilitas, propera-
 uit. Incolis simul atque innotu-
 it, tantus fuit subito hominum
 circumcirca concursus, vt spa-
 ciosum quidem templum, non
 caperet. Quare sub dio aram e-
 rigere necesse fuit, iuxta D. An-
 nae sacellum: totq; ad coelestem
 mensam accesserunt, vt meri-
 diana hora longe transierit; mi-
 rantibus cunctis, pre gaudioque
 a lacrymis non temperantibus,
 quod Ducem Apostolico habi-
 tu libenter spectarent, qui sum-
 ma animi magnitudine titulos,
 fastumque, cum Euangelica in-
 opia; & purpuram cum Religio-
 forum hominum attrita veste
 com-

commutasset: siue quod rarum,
& insolens æui nostri exemplum
esset; siue q̄ populari iudicio cui
uis honori sacerdotiū postpone-
rent. Facta re diuina, ad populū
concionatus est. Rogati pleriq;
cureo concionāte, cuius aut ser-
monē ignorarent, ob idiomatis
diuersitatē; aut, q̄ longius in tā-
ta hominum corona, à suggestu
abessent, nō satis audirent; lacry-
mati essent: illi ingenue, vt est gē-
tis illius ingeniū, diuinā in eo vo-
cē, non humanā, audiri visam; ad
hæc prodigij simile esse, Ducem
sanctissimæ vitæ spectari. Sacer-
dotio inauguratus, nihil duxit
antiquius, quā vt colligere se, &
Deum venerari qua precib., qua
pœnitentiæ effectis posset. Petiit
itaq; modeste ab Ognatanis sa-
cellum D. Magdalenæ, sacrum
mille passibus distitum, habere
lice-

liceret. Impetrauit facile; do-
 mum exilem addere constituit
 & perangustam, è materia rudi
 & impolita fabricatam, vt pau-
 pertatis amantior, aularum, au-
 gustarumque ædium pertæsus.
 Huc cum paucis Socijs migra-
 uit, quos tam rexit Michael Na-
 uarrus, sacerdos: à quo illud pri-
 mum petijt, eo quo operam da-
 re, bona illius venia, liceret.
 Quod non minore animi volu-
 ptate, quam alij Principis bene-
 ficio summum magistratum,
 Prouinciãq; impetrauit. Do-
 mesticã hic officia exsequi, li-
 gna, & aquam in culinam ferre,
 ignem accendere, verrere pau-
 mentum, lances mundare, & ol-
 las, cæteraque id genus, quasi
 Societatis vel infimæ conditio-
 nis tiro esset. Mox apparatus om-
 nibus, mensæ ministrabat. A
 Pa-

Patribus, fratribusque negligentiæ, erratorumque veniam deprecabatur: singulatim pedes osculatus, pro se Deum interpellarent, hanc ut sibi mentem perpetuam esse vellet, rogabat. His exercitationibus probe informatus, non augustis domus finibus contentus, de pluribus officio bene mereri studuit: memor illius Arcopagite Dionysij, Bonum quo longius manat, eo esse præstabilius. Igitur excurrere in vicinos pagos, sacculo mendicantium more onustus, & scipionem gestare, panem elemosynæ loco vicatim, stipemque Christi nomine exigere. Cantabricæ matronæ, sanctitatis opinione, incredibile dictu est, quam alacriter domo pedem extulerint, panemque oscularæ obtulerint: benedictionem vicissim reposcentes

Lib. de
Divino
nominibus
ca. 4.

scientes, orationemq; pro com-
muni salute efflagitantes. His
pueros tintinabulo, virgam ma-
nu gestans, euocabat, ductabat-
que longo ordine cantantes in
templum, forumque publicum,
quo prima illos Fidei rudimen-
ta catechistica doceret: & inter-
rogando, & iterando sæpius ea-
dem, inculcare non piguit co-
gnitu necessaria. His fere officiis
horas bonas bene collocauit, ad
Sebastiani vsque Cantabrorum
portum peruadens: hinc Victo-
riam pedibus adiens (Oppidum
id *Vellicam* Cantabrorum Ptole-
mæo esse putant) & pueros eru-
diit, & in templis frequenter e-
git Ecclesiasten.

CAPVT II.

*Nauarrorum regnum ingre-
ditur.*

In

IN solitudinem se abdiderat
 FRANCISCVS, frequentiam
 hominum vitans: latere tamen,
 & fallere alios perpetuo non po-
 tuit. Odor enim pietatis longius
 vagatus, finitimis etiam afflaba-
 tur: fama, in immensum omnia
 augere solita, varie increbuerat,
 dum alij factum prædicant, alij
 vituperant. Vt enim sensus cu-
 iusque est animi, ita fere sermo-
 nes ferit. Qui terrena sectan-
 tur, atq; caduca, præterea nihil,
 hi ex suo sensu reprehendere: In-
 dignum illo, honores repudia-
 se iam ad culmen progressum; li-
 beros certe deseruisse videri.
 Quorum contra præstans erat
 de rebus, verumque iudicium,
 factum FRANCISCI laudibus in
 cælû tollere. Nec enim honores,
 magistratus, cæteraq; imperitæ
 plebi admiranda, in bonis ducēda
 ani-

ani-

animi tranquillitate, Deiq; cul-
 tu, & cognitione felicitatem ho-
 minis, aut nulla re, metiendam,
 DEI obsequio sese dedere, id de-
 mum esse longe, lateque impe-
 rare, liberum, & dominum, ac
 Regem esse: quod rerum terre-
 narum despicientia, infra se du-
 cat omnia, cœlestia tantum ani-
 mo verset. Commendare Fran-
 ciscum, qui excelso animo For-
 tunæ bona calcasset: gratias et-
 iam D. E. O. agere, quod in hæc
 tempora, rara etiam vetustatis
 exempla transtulisset; quales vi-
 ros singulos vix singulæ ætates,
 DEI benignitate, tulissent. Offi-
 cij itaque, & obseruantia gratia,
 latentem, inuiserunt viri nobi-
 les. In primis Carolus Borgia
 Gandiæ Dux, & Aluarus Borgia,
 filij: Martinus item Arragonius,
 Villæ formosæ Dux, qui soror-
 rem

rem eius vxorem duxerat: Comes quoque Lermę, & Marchio Alcanizij, generi. Complures etiam nobiles viri, & Episcopi, per suos salutarunt, de mutata in melius vitę conditione gratulari. In his & Bernardinus Cardenas, Maquedę Dux, qui tum Nauarrici Regni Prorex erat, nouum Ecclesiasten audire auebat, & de officio Principis corā differentem. Domesticum itaque cum litteris allegauit: optare se, Pompelonamque, cui præesset, præsentē illo frui, & salubria vitę consilia capere. Dimisso cum litteris aulico, FRANCISCVS postridie eius diei in viam se duobus adhibitis Sociis. Pompelonam versus dedit. Hic Proregem inopinato aduentu oppressit: qui illum ad se traduxit in aulam, omnique officio-

G

rum

rum genere accepit. Multæ de
 officiis Principum horæ, in mul-
 tam etiam noctem consumptæ.
 Quæ in mentem venissent, et
 nõ voce solum tradi, sed & me-
 moriæ causa, litteris consignari
 cupiuit Prorex; scriptumque re-
 ligiose asseruandum curauit. Cre-
 bro ad populum, rogatus, verba
 fecit in æde summa, familiisque
 monachorum, & monialium.
 Cum satis esset factum Proregi
 voto, plebisque studio, Ognatus
 reuertit, Allaua Prouincia pro-
 fectus, per viam erudiens mul-
 tos, & pietatis studio excolens.

CAPVT III.

*Ludouici Principis Lusitaniae, &
 FRANCISCI litteræ.*

NEC verò Hispaniæ solum
 eam oram, quæ Carpetana
 no-

notum est, FRANCISCI nomē
peruasit, etiam Lusitaniæ in ex-
tremos fines vsque penetrauit.
Hic Ludouicus, Lusitanorum
Princeps, Ioannis tertij Regis, &
Isabellæ Augustæ, germanus
frater, FRANCISCVM quanti
faceret, hac epistola testatum re-
liquit.

*Alteras ad te dedi, Pater optime:
his itaque illud duntaxat adijciam,
per mihi gratum fore, si, quod illis
abs te postularam, semel consequar:
commodo tamen quod fiat tuo: cui,
tametsi mea permagni id fieri inter-
est, animi mei sensum, desideriumq;
lubens postpono. DEVM testem
appello; quanquam nihil adhuc de
te meritus sum, amorem tamen,
voluntatemque nunquam defuisse,
si qua seres daret, tibi gratifican-
di, pro veteri meo in familiam
Borgiam studio: quam tu quidem*

G 2 mea

mea sententia dum relinquis, teque
 abdens DEVM sequeris, immer sum
 quantum illustraris. Ea res vna, vt
 cetera deficiant, satis esse poterat,
 te deinceps vt pluris facerem, ama-
 remque ardentius. Mirabilis sane
 DEVS in sanctis suis, & misericor-
 dia eius non est numerus. Tuum est
 itaque gratias eidem agere, quando
 conuersio tua opinione longè maio-
 res fructus adfert Ecclesia. De me il-
 lud certo affirmare liquet, verba tua,
 quae adhuc memoria teneo, auribus
 meis insonare, quasi coram te audiã,
 incessumque videre videor tuum
 tam maturum, quasi praesens ades-
 ses. Sed ô te felicem DEI seruum,
 qui in hac Reipublicae perturbatio-
 ne, atque tumultu, animi tranquil-
 litatem inueneris, pacemque interi-
 oris hominis: quae cum à DEO sit,
 exsuperat omnem sensum. Qua v-
 na in re, si quae est in vita mortaliũ,
 bea-

beati
 part
 melio
 mus.
 peto
 nostr
 man
 stenc
 obte
 lo be
 verò
 perg
 am.
 Etile
 P
 CI
 qu
 eta
 pau
 dia
 qu
 me
 eti

beatitas sita est; specimenque est, & particula eius felicitatis, quam in meliori aeternaque vita omnes speramus. Equidem maiorem in modum peto abs te, vt post hac DEVM orans, nostri memoriam agas; quo semitā mandatorum suorum benignus ostendat: eius voluntati, non meae, obtemperem; vitamque beatam, illo bene iuuante, consequar. Si qua verò in re mea tibi opera vsui erit, pergratum mihi, si per te certior fiam. Vale. Almerino III. Idus Quintiles. cIo. Io. LI.

Pio Principi respondit FRANCISCVS; non tam ad pompā, quam ad vitam, moresque dictata epistola. Spiritus DEI, qui pauperum pater, idem & misericordiarum est, gratiam tibi referat, quod nos amice litteris consolers, mei peccatoris non immemor. Quod etiam beneficium ad se pertinere So-

cij omnes, quorum ego minimus sum,
 ingenue confitentur. Singulari haec
 tua humanitate, etsi multis antea
 nominibus tibi obstrictus tenebar,
 magna accessio facta est: quo nomi-
 ne meam tibi operam addico; DE-
 VMQUE rogo indies, vt sicut externis
 te oxornat donis, ita internis magis,
 magisque perficiat. Benedictus DE-
 US, qui, vt Propheta regius canit,
 aufert spiritum Principum. Qua
 in re si in alios Principes terribilis, in
 te certe pius, ac clemens exstitit, ex-
 stincto spiritu illo, & fastu, quo
 turgent nonnulli dynastae, imme-
 mores DEI, & ingrati. Dedit ti-
 bi spiritum principalem; quo se con-
 firmari exoptat idem Propheta. O
 te felicem, Princeps, cui hic in pau-
 cis obtigit Spiritus? Et o beatam Lu-
 sitaniam, quae tales Principes, sine
 spiritu Principum, semper extulit!
 Vtinam verò intelligi queat, quan-
 tum

Psal. 75.

Psal. 50.

zum id DEI beneficium sit, auferri ab aliquo spiritum Principum, & principali confirmari. Utinam discrimen vtriusque cognoscatur. Alter enim belli auctor est; pacis alter: ille perturbatos; hic pacatos reddit: ille hominum; hic DEI est. Magnum certè emolumentum esset, si, quantum studij ponunt mortales in Fortuna, corporisque bonis parantibus, tantum in caelesti spiritu querendo tribuerent: Probate, inquit Apostolus, spiritus, si ex DEO sunt. Plerique sane erroris tenebris erepti, viderent acutius. Sed nostra negligentia fit, vt toties caussa cadat spiritus ille diuinus, & quidem impie; carnis verò spiritus stet in iudicio, & vincat. Suum quisque spiritum hodie ducem sequitur, qui cecutit; cū contra DEI spiritui principali obsecundare deberet. Erit, erit aliquando dies illa,

cum decurso hoc vite spacio, aperientur libri multorum, qui humani spiritus pleni precipites ierunt, inopes a spiritu, qui ad eterna beatitudinis portum ducit. DEO itaque gratias ago, cum te videam à communi spiritu Principum alienum, oprare spiritum principalem. his enim spiritum proprium superat, vt idem Re-

Psal. 54. gius vates ait: Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Hic ille diuinus est spiritus, qui vbi vult

Iean. 3. spirat: qui ingressus viuificat, quos, & quomodo libitum fuerit. Hunc mundus colligere, quia colligere se

Rom. 8. ipse detrectat, non potest. In hoc clamamus Abba, Pater: est enim adoptionis spiritus. Hunc accipere oportet, manipulis odorum, operumque in caritate. Sic gentium Doctori

1. The. 5. parebimus: Nolite, inquit, extinguere spiritum. Id tibi euenire

DEVM

DEVM precor, vt & dicere cum Pro-
 pheta queas, Defecit spiritus me- ^{Psal. 76.}
 us. Sic fiet, vt nihil intelligas, velis,
 credas, inuestigesque præter spiritum
 DEI, fidemque Ecclesie Catholica:
 memoria denique hic defixa hæreat:
 res conditas infra te ducas, & scala-
 rum tantum ministerio adhibeas,
 quibus ad DEVM, architectum v-
 niuersi, ascendere possis: vt ex crea-
 tis vere cognoscas, & cognitum, qua
 felicitatis summa est, ames. Vere enim
 illud dixero, res condita in DEO
 amplius, quam per se ipse splende-
 scunt in eo spectata delectant: con-
 tra absque illo expetite angunt, &
 cruciant: possessæ verò timorem, &
 amissæ dolorem afferre consueue-
 runt. Hoc DEI spiritu si potius
 vixeris, vitam viues beatam, nec a- ^{Psal 76.}
 liud extra eum quæres. Quo fiet, ^{Luca 1.}
 vt verè illud vsurpes, Defecit spiri-
 tus meus. & cum Deipara: Exsul-

G s tauit

tauit spiritus meus in DEO salu-
 tari meo. De me, vtinam vere di-
 cere queam, Defecit spiritus meus,
 Externa si spectes, talis videor pleris-
 que, quando mutato vite genere,
 DEI benignitate, alios spiritus ab-
 ieci, receptusque sum, nullo meo me-
 rito, in Religiosorum hominum fa-
 miliam. Vt vt est, cum multis antea
 omnibus, vt dixi, deuinctus tibi te-
 near, nunc voluntatem, studiumque
 (qua sola mihi votis astricto reliqua
 sunt) libens, volensque offero: qui-
 bus cum DEVS placari se sinat, tu
 eadem equi, boni facito; quoniam
 DEI te ipse voluntati accommodas.
 Idem bonis te omnibus augeat, pro-
 uehatq; in maius virtutis, pietatis-
 que incrementum, vt caelesti tandem
 regno potiaris. Ognati xv. August.
 cl. l. l.

FRANCISCVS peccator.

CA-

CAPVT IV.

FRANCISCI *exemplum complures secuti.*

MAGNA vis est in vtramque partem Exemplorū, vt iis quisque vel ad virtutem informetur, vel impellatur ad vitia. Cum ergo FRANCISCI fama longius emanasset, egregij aliquot ac nobiles viri ad illum profecti sunt, vt in eius ludo instituerentur ad pietatem, & passibus, si non æquis, non longo certè interuallo, Christum nudum nudi sequerentur. In his Antonius Corduba, Laurentij Suarez Figueroæ, & Catherinæ Ferdinandi Gordubæ, Marhionum Priegi, & Comitum Ferriæ, filius. Hic cum illustri genere, & FRANCISCI proprius sobrinus, tum singulari virtutu-

tu-

tute, morumque facilitate præditus, Salmanticensi gymnasio Hispaniæ celeberrimo, in studia incumbens, omnium suffragiis eam Academiam rexerat: qui summus ibi magistratus, non nisi primæ nobilitatis viris deferretur. Agebatur per id tempus, rogatu Hispaniarum Principis, ut in Cardinalium collegium adscriberetur; sed aliam inlittere viam constituit: Societati enim, DEO vocante, nomen dedit, & se FRANCISCO aggregavit. Ognatum eodem consilio, & tempore venit Sancitis Castellanus, & Petrus Lodoza Navarreus: Theologi item duo, qui Ioanni Auilæ, egregio, ut supra ostendimus, in asceticis viro, operam dederant, Didacus Gusmanus, Comitis Baileni filius, & Gaspar Loartes. Vterque iam

iam annos aliquot antea in dice-
cesi Calagurritana, per oppida,
& pagos concionati, rudes ho-
mines Euangelium docuerant,
pueros etiam Christianæ doctri-
næ summam: inopes multorum
commodo, qua pecunia, qua
consolatione, iuuerant. Verum
instituti nostri ratio non postu-
lat, vt ad vnum omnes recense-
am, qui iam tum ad FRANCIS-
CVM, confluxerant. Vnum ta-
men sine flagitio præterire non
debeo, Bartholomæum Busta-
mantium, sacerdotem Theolo-
gum, & Ecclesiasten egregium.
Is Cardinali Ioanni Tauera,
Toletanorum Archiepiscopo, à
secretis, magna apud Hispaniæ
dynastas auctoritate valuit, dum
Toleti, quod Carpetanorum ca-
put est, Ecclesiam Tauera admi-
nistraret. Tandem vero, vt à pub-
licis

licis negociis animum fessum a-
 uocauit, ambitione procul, atq;
 auaritia, rerum terrenarum iam
 pertæsus; de optimo vitæ gene-
 re suscipiendo animi dubius,
 huc illuc, vt fit, impellebatur:
 est enim ea deliberatio difficil-
 lima. Hac in accipiti cogita-
 tione, ad DEVM, vberimum vi-
 tæ fontem, sitibundus se recepit.
 Rem diuinam faciens. DEVM,
 quem manu gestabat, adorans,
 precabatur, eam monstraret vi-
 tæ viam, quam ingressus, salu-
 tem, illo bene iuuante, adipi-
 sceretur. In ea precatatione, vt
 sepe postea memoriter & iucun-
 de narrare solebat, interiorem
 quandam vocem audiuit, vt, si
 saluus esse vellet, Cantabrię pro-
 uinciam Guipuscoam adiret,
 FRANCISCIQUE Borgiæ exem-
 plum sequeretur; de quo iam ad
 DEVM

DEVM conuerso per nebulã in-
 audierat: ea tamen vis Dei vocã-
 tis fuit, vt eo ipse die, familia va-
 lere iussa, nihil cunctandum ra-
 tus, in viam se Guipuscoam ver-
 sus dederit: quam quidem oram
 sanctitatis iam opinione imple-
 uerat Franciscus, quem primum
 obuiã habuit, simul atq; Ognat-
 tum, ad D. Magdalena, ingres-
 sus est Bustamantius. Sporta re-
 perit gestantẽ lateres, & calcem,
 ædiculæ construendæ: qua abdi-
 tus perpetuo, si per Ignatiũ lice-
 ret, cum paucis lateret. Genibus
 statim accidit Francisci supplex:
 aduentus causam exponit: in So-
 cietatem vt recipiat, rogat. Nec
 verò multis opus erat precibus.
 Famulis itaque dimissis, in con-
 tubernio hæsit Bustamantius, &
 assiduus FRANCISCI comes
 negociorum omnium, & pere-
 gri-

144 DE VITA FRANC. BOR.
grinationum, ob singularem
prudentiam, fuit.

CAPVT V.

*Cardinalium Collegio FRANCIS-
SCVM Iulius tertius adscribere
vult.*

SVMMAM FRANCISCO tot,
sanctorumque præstantium
virorum aduentus, lætitiã at-
tulera: optabat enim complu-
res eadem animi tranquillitate,
quam degustare cœperat, per-
frui. Parit nimirum vitæ colun-
tatio honestam quandam virtu-
tis, atque vtilem æmulationem:
quæ tamen careat omni acerbi-
tate dissensionum: & verò do-
mestica magis inuitant exem-
pla, quam externa. Sed inuidit
hanc illi quietem, nescio quis: vt
nihil est in rebus humanis pro-
prium; & læta tristibus, & ama-
ris

ris dulcia permista temperantur. Carolus enim Cæsar Augustus, cognito FRANCISCVM sponte abditum latere, indignū ratus virtutem abscondi, ad summum Pontificem retulit, Borgiam, raro huic ævo, & inusitato spectaculo titulis se abdicasse, & fallere perpetuo inglorium velle. Dignum itaque videri, qui in purpuratorum Patrum numerum adscisceretur, nisi quid secus illi videretur. Virtutē enim hac tempestate, si vnquam alias id genus præmijs ornandam, & tanquam in illustri loco ponendam. Sibi pergratum id fore. Nec erat cur laboraret, dubitaretque Cæsar: non enim difficile fuit, currentem, quod aiunt, incitare. Persuasit extēplo Pontifici, cui iam eadem pridem in mentem venissent: FRANCISCO enim

enim

enim antea Romæ vsus erat familiariter, & amice. Re itaq; ad Collegium Cardinalium delata, assensum est ab omnibus. Quod vbi Romæ Ignatius inaudiuit, ferius tamen, (vt fieri solet ab ijs, ad quos periculū proxime pertinet;) veritus, ne, quod res erat, multum de FRANCISCI opinione decederet, dum quisque calumniandi libidine anīa prompte arripere consuevit, iactando, hypocritam late regnare: idcirco bonis sese, titulisque abdicasse FRANCISCVM, vt purpureum galerum priuatus, Religionis, sanctitatisque specie, captaret sibi, liberos verò, etiamnum superstes, ditaret. Deinde & illud perincommodum Societati fore: fenestram enim ambitioni aperiri, quæ pestis est æterrima, labes, atque pernices non

es non familiarum solum pio-
rum hominum, sed rerū omni-
um publicarum, regnorumque.
Quare optimum factum iudica-
uit, natam recens Societatem,
contrariis artibus tueri, & am-
plificare, paupertate nimirum,
& honorum cōtemptu. Aequa-
litate enim vitæ, simul & mune-
rum, morumq; similitudine, ca-
ritas, arctissimum religiosæ con-
iunctionis vinculum, invalescit.
Quamobrem omni ope huc ni-
tebatur, vt aditum ad honores
Sociis obstrueret, legibusq; latis
vetaret. Quo factum est, vt Pon-
tificis pedibus aduolutus, roga-
ret, deprecareturq;, ne inuito ho-
norem deferret: verum quo Cæ-
sari, & Collegio Cardinaliū fie-
ret satis, galerum quidē offerret,
capere tamen obedientiæ vi, ne
cogeret. Sic n. & illius honori cō-
sul-

sultum iri, & animo suo morem
 gesturum. Interesse etiam per
 magni Societatis, ab honoribus
 alumnos arceri. Nascenti saltem
 & surgenti Sodalitatis planta
 hoc benignus tribueret. Impe-
 travit Ignatius, quod supplex la-
 crymis coram postularat: FRAN-
 CISCO interim nihil horum cō-
 scio, & successu illo Cantabrico
 mirifice capto. Qui simul atque
 audiuit, animo quidem crucia-
 batur: at eodem fere nuncio æ-
 gritudinem deterfit, audito, rem
 Ignatij singulari prudentia, & o-
 ratione discussam. DEO item
 gratias egit, qui hunc sibi hono-
 rem detulisset, quem libens illi
 redderet, à quo proficisceretur,
 omnemque adeo terrarum or-
 bem, si eius imperio potiretur,
 eadem alacritate animi, ac de-
 spicientia rerum humanarum
 ob-

oblaturus. Pontifici quoque Iulio, grati animi literis testificationem dedit: orans, ut, bona ipsius venia, & benedictione, obscuro, atque priuato degere liceret, quo cœpta mutata in melius vitæ, ad exitum adduceret: quod vnum, præterea nihil, propositum sibi fuisse tum, cum se Ducis titulis, bonisque abdicaret, liquido affirmabat. Nec verò semel his sese periculis emerferat, neque iam vsquequaque securus erat. Iterum enim, sæpiusque idem à Pontificibus tentatum. Illo ipso Iulio III. postulante Philippo, Hispaniarum Principe, qui nunc Regni clauum, atque vtinam diu, tenet: id enim negocij Ioanni Poggio, Apostolicę sedis nuncio, post Cardinali dederat, rem vt transfigeret. Hunc verò FRANCISCVS in
cæno-

bio B. Dominici Calcedæ, obui-
 um cum habuisset, quid rerum
 gereretur, accepit. Ille facundia
 quadam diuinitus data, iis ratio-
 num momentis disseruit, vt faci-
 le rem discuteret, & Regi post
 idem atq; Pontifici, Poggius dis-
 suaderet: ne FRANCISCO la-
 tere volenti, negocium faceffe-
 rent, animique tranquillitatem
 adimerent: quando nulli hono-
 res animum satis explent, bea-
 tumque efficiunt. Pij rursus
 duo Pontifices, quartus & quin-
 tus Romæ agentem, Cardina-
 lem creare conati, vt fama vul-
 gavit. Cuius rei non modo com-
 memoratio, sed vel recordatio,
 lacrymas illi excutiebat. DEVM
 itaque frequenter precabatur, vt
 qui à sæculi curis, honoribusque
 abduxisset, & pauperem esse iuf-
 sisset, idem in dignitatū procel-
 las

las reuolui ne pateretur. Memoria proditum, Gasparem Hernandes, qui illi aures quotidie confitenti dare solitus erat, ex FRANCISCO audiisse aliquando, iniecta forte dignitatum mentione Deum pridem precatum fuisse, vt vita prius abire liceret, quam titulis iterum, bonisque oneraretur inuitus.

CAPVT VI.

Ognato digressus variis in locis quæ gesserit.

PErgratum Francisco acciderat, honorum titulos, tanquam scopulos Sirenium euitasse: & securo iam de tempestate, atque naufragio, in illo ad D. Magdalena secessu, quam sibi vitæ, mortisque sedem iam delegerat, ecce tibi ne opinanti mandatum ab Ignatio allatum, egrederetur, & tanquam ex umbra, in solem, aspectumque prodiret, fructumque aliis

152 DE VITA FRAN. BORG.
adferret; memor, non eo se So-
cietati à DEO aggregatum, sibi
vni vt studeret. Ognato itaque
quamprimum digressus, cum la-
crymis, atque suspirijs, quasi non
amplius dulcem illum secessum
visurus, oppidum, Reginæ ca-
sam appellant, accessit Ferdinā-
di Velaschi Comitis stabuli Regij;
cuius vxor, Iuliana Angela Ara-
gonia, Francisci matris conso-
brina erat. Multa de religione,
ac pietate, omniq; adeo officio-
rum genere studiosè quærendo
didicit. In aulam tamen illius vt
diuerneret rogatus, recusauit,
humili recto contentus. Inde
Burgos urbem profectus, in æde
summa, rogantibus Canonicis,
& Senatu, populoque, concio-
natur. Hinc digressus est Pinti-
am Vaccæorum, vbi tum Cæsa-
ris sedes, & regia erat: pauci vero
Socie-

Socie
habi
doct
pidu
inue
à Io
Hic
alij,
cruc
mag
serui
nit;
gnæ
tes,
uita
dixe
gref
Reg
ex m
iter
tre
pi c
in f

Societatis sacerdotes anguste habitabant, in æde parua xenodochij S. Antonij. Mox in oppidum, quod à Tauris nomen inuenit, profectus est, euocatus à Ioanna Lusitaniæ Principe. Hic hebdomada, quam maiore alij, alij sanctam appellant, de cruciatibus CHRISTI passi, magno audientium fructu, diseruit. Hinc Salmanticam venit; qua in Academia, multi magnæ spei, simul & rei adolentes, exemplo FRANCISCI inuitati, Societati sese sponte addixerunt. Post Tordesillam ingressus, vbi Ioanna Hispaniæ Regina, Caroli mater, tum forte ex morbo decumbebat, in aula iterum diuertere constanter detrectauit. Hinc Methymnæ Cæpi commodum cõcionatus est, in sacrorum primitias Antonij

H Cor-

Cordubæ, sacerdotio recens in-
 augurati: iactaque Collegij fun-
 damenta ad tectum perducen-
 da curauit. Hic litteris euoca-
 batur rursus visendi gratia, ab
 Antonij Cordubæ matre, Mar-
 chione Priegæ, & sorore, Ducibus
 Arcos, & Medina Sidonia.
 Eo profectus, perpetuos de re-
 bus diuinis sermones habuit,
 breuique amorem in seuit, ac
 beneuolentiam erga Societatem
 vt & ipsa post non diu, Socios in
 ditiones suas habitatum inuita-
 rint. Illud in præsens patientia
 FRANCISCI, modestiæque
 exemplum præterire nõ debeo.
 Dum è Castellæ regno Baeticam
 adiit, Socijs stipatus Antonio
 Corduba, & Bustamantio,
 in asperis, confragosisque monti-
 bus Marianis, (*Sierra Morena* ho-
 die incolæ nominant) diuerso-
 rium,

rium
 can
 lassu
 nus
 ped
 nicu
 gre
 flex
 aux
 tere
 me
 rat
 ing
 sua
 iur
 int
 be
 c r
 sti
 hi,
 sis
 fit
 si

rium, mansionemque publicam, fessus de via, iniit; vt cibo lassum corpus, dum se meridiana æstus frangit, reficeret. Ad pedes cum desiliit, conclaue vnicum hospitij, & vacuum ingressus, statim, vt solet, genibus flexis, orationi intentus, **DEI** auxilium implorabat. Redijt interea viator, qui prior, impedimentis ibi locatis, occuparat; ratusque è vulgo clericum illuc ingressum, ac pietatis specie, res suas furto sublegere conatum, iurgari iratus cœpit, vocemque intendere, conuicia iacere, verbera etiam minitari. **FRANCISCVS**, qua erat animi modestia, ab oratione surgens: *Da mihi, inquit, hanc veniam, animoque sis tranquillo. Nec enim mihi propositū, cōclauis te excludere: quin potius, si prior tēpore occupassem, tibi libens*

cederem. Verbera, quæ mihi minitatis, fateor equidem meritum me peccatis. Concurfus subito ad clamantis vocem factus, qui cum illum iurgantem placassent, docuissentque, in quo stomachum euomeret, illustres esse, & claros viros. sibi ille redditus, magno sui pudore, genibus accidens, veniam precatur. FRANCISCUS verò humo sublatum, amplexusque in Domino, assidere sibi iussit: hortatus ad patientiam, neue deinceps, si saperet, iracundie frena laxaret.

CAPVT VII.

In Lusitaniã proficiscitur.

CUM in Lusitania increbuisse, FRANCISCUM in Bæticam profectum, Hieronymo Natali: qui tum Olyssipone versabatur, cuique in Hispania

Socio-

Sociorum prouincia commissa erat, negocium Rex dedit, eum euocandum curaret. Optare enim vehementer, coram videre, & cum eo de rebus diuinis agere. Natalis verò ad hæc, potestatem se in Hispaniæ prouincias Sociorum, iussu Ignatij, habere; extra vnum FRANCISCVM: rogaturum tamen se per litteras, quæ Reges vellent. Promittit cum bona spe fere, vt quam primum, quo erat obsequendi studio, aduolaret. Nec fefellit hominem opinio. Redditis enim litteris, quod nihil magis Societatis interesse arbitraretur, rebus omnibus prolatis, continuo accurrit; non immemor quot, quantaque exstarent Regis Lusitaniæ (vt patronus merito appellari possit) in Societatem eximia beneficia. Viam ingresso

H 3 cum

cum Bustamantio, illud prodigij simile accidit. Dum rupem, faxis asperam, & impeditam, iumentis superant; quam *septem Pallares*, vicini nomināt, cis Mūdā, flumen, non procul Conimbrica, FRANCISCVS, antebat, precationi intentus; sequebatur pone Bustamantius, B. Virgini preces orbiculis numerans. In crepidine, angustiisque loci vel aspectu formidabilis, iumentum lapsu in præceps decidit, vultum in gyrum sursum, deorsum; vt cætera exanimatus Bustamantius, integram tantum vocem haberet, inuocaretque CHRISTVM, atque Deiparam. FRANCISCVS, dicto citius ad pastorum, qui ad spectaculum inclamarant, vocem, reflectit oculos: illud sæpe ingemians IESV adiuuā, pater miseri-

cordiarum. Cum ecce tibi (dictu
 mirum) lapidi continuo institit.
 mulus : quodque incredibile vi-
 detur, illæso corpore. Bustaman-
 tius à viatoribus funibus tan-
 quam ex abyſſo extractus, viuus,
 valensque emerſit; Virginis, cui
 tum preces fundebat, & FRAN-
 CISCI votis, vitam referens ac-
 ceptam. Ventum tandem Co-
 nimbricam, vbi Socios præſens
 FRANCISCVS exhilarauit. E
 ſuggeſtu concionante, in Socie-
 tatis ædem, flos Academiae cele-
 berrimæ, nobiliumque virorū,
 confluit. Olyſſipone poſt, à
 Regibus ſingulari humanitate
 exceptus, auditusque de rebus
 lacris aſſidue, publicè, priuatim-
 que. Catherina Regina FRAN-
 CISCI potiffimum alloquiis
 eſt delectata, non imme-
 mor, puerum ſibi Tondeſillæ

H 4 olim

olim ministrasse: cum quod sanctitatis in eo splenderet non adumbrata imago; tum quia consilia vitæ salutaria, Religionisque suggereret. Ludouicus ad hæc Lusitaniæ Princeps, FRANCISCO utebatur familiariter, pro veteri, quæ antea intercesserat, necessitudine, in Cæsaris olim aulam profectus cum esset, vt Augustam sororem viseret: cumque in Africa Tunetū Carolo armis expugnanti adfuisse. Hic & celibem degebat vitam, & colligens se ipse, inglorius agebat, aliis pietatis facem præferens: in oratione ad DEVM assidue, & meditatione rerum cælestium acquiescens. FRANCISCI consuetudine vsq; eo inflammatus est, vt Societati sese dedicare constitutum haberet: verum, quod imbecilli utebatur

ba-

batur valetudine, & natu iam ef-
 fet grandior, visum Ignatio, plus
 commodi publicè allaturum, si
 in Regis fratris comitatu re, at-
 que consilio, vt adhuc, adiu-
 uans cælebs permaneret. Cæte-
 ra, vnum è Sociis fuisse diceres.
 Humili enim domo contentus,
 & ineleganti, absq; regio splen-
 dore, & famulorum turba. Vasa
 aurea, argentea, & peristromata,
 ornatumque adeò omnem, va-
 num dedit, redactaque pecunia,
 æs omne alienum dissoluit. Vo-
 tis continentia, paupertatisque,
 consilia Euangelicæ legis secu-
 tus, & obediētia, quantum res,
 & dignitas ferret, sponte se ob-
 strinxit. Morum facilitate, &
 comitate, prudenti grauitate
 mista, nihil sermone turgidum,
 nihil elatum præ se ferens. Sub-
 leuare solitus libenter aliorum

H s ino-

inopiam, & eleempfynis fouere
indigentes. Puerum à pedibus,
in domum professorum Socio-
rum ad D. Rochi, Xenobriga
pago mittere consueuerat, qui
sacerdotem aliquem, quisquis
tandem is esset, expiandis crimi-
nibus, quasi ad vnum de multis
hominem, euocaret. Lacry-
mans frequenter, hæc sæpe v-
surpabat: *Quid misero me fiet, si
vel athiops, mancipium domesticū,
me longè felicius, celo potiatur; ego
verò excludar? Et si tam preclarè
nobiscum agetur, vt ambo beati fi-
mus: quid si ille multis me partibus
felicior, quia DEVM dilexit ar-
dentius; ego verò sæculi curis nimis
implicatus, salutem neglexi? Imi-
tatus fortasse hoc sermone Au-
gustinum, cuius memoranda il-
la vox: Surgunt indocti, & calum
rapiunt: & nos cum doctrinis nostris*
sine

Lib. 8.
Confess.
cap. 8.

sine corde, ecce tibi, voluimus in
carne, & sanguine. Idem fratri
 Henrico Cardinali auctor fuit,
 vt Socios amplecteretur, foue-
 retque, extracto Eboræ, cuius
 Præsul Ecclesiam regebat. Gy-
 mnasio. Quod dum ædificatur,
 Ludouicus in dies, qui tum E-
 boræ esset, opus vrgebat, & ope-
 ris instabat. Socios item ægro-
 tos quasi fratrum loco ducens,
 inuisebat, venam, arteriamque,
 & præcordia, medicorum mo-
 re, tentabat: morbi ortum; sta-
 tum, decessumque explorabat,
 ministrabat, & alloquiis conso-
 labatur. Quæ quidem eo potissi-
 mum consilio referre placuit,
 quod omnis ea vitæ in melius
 mutatio, FRANCISCO, cum à
 DEO discesseris, debeat. Iacta
 per id tēpus fundamenta domus
 Professorum ad D. Rochi. Sacel-
 lum

lum id erat in vrbis Olyssiponē-
 sis pomœriis, loco deserto, & o-
 liuetis confito, Rex aream sum-
 ma liberalitate, & munificentia
 cœmendam suo ære curauit, o-
 pera Petri Mascarenæ, viri nobi-
 lissimi, Societatisque studiosi:
 qui olim Lusitaniæ apud Ponti-
 ficem Orator, vt primi in Orien-
 tis Indiam Socij mitterentur,
 auctor existit. Rex, cum Prin-
 cipe Lusitaniæ Ioanne, sacris ad-
 erat. Rem diuinam Hierony-
 mus Natalis fecit. FRANCISCVS
 de superiore loco de rebus diui-
 nis disseruit, summa audientiũ
 admiratione. Princeps templo
 digressus, dynastis, qui aderant,
 dixit: *Hic verò mihi Ecclesiastes pla-
 cet, qui re ipsa, quæ docet, præstat.*
 Igitur domus ampla Sociis,
 templumque augustum, regia
 munificentia ædificari cœpta:
 cre-

creuitque, suburbanis adiectis
 circumcirca vicis atque ædibus,
 vrbs. His rite curatis, regumque
 votis expletis, in Castellæ regnū
 reuerti, vrgentibus negotijs, sta-
 tuit. Henricus tamen Cardina-
 lis, alter Regis frater, cognitis
 quæ Olyssipone gesta essent ex
 Ludouici literis, FRANCISCVM
 & ipse videre auebat: rogat illac
 iter habeat. Idq; negocij Socio-
 rum ibi Præfecto dat, vt in ad-
 uentu quamprimum se certio-
 rem faciat. Postridie quam vr-
 bem ingressus est Eborensem, in
 summa æde concionatus, Car-
 dinalem mirifice, omnesque ad-
 eo ciues recreauit. Octauo inde
 lapide Theodosius Brigantinus
 Dux, Vilauitiosa in oppido, vi-
 dendi & ipse cupiditate incen-
 sus, obuiam processit. Ea verò
 comitatis officia cruciabant po-
 tius,

potius, quam oblectabant animum FRANCISCI. Principibus tamen, bene de Societate meritis, mos gerendus fuit. Quo in beneuolentiæ genere, Dux ille multis præstitit; idemq; in Socios studium liberi, posteriq; hæreditatis iure à maioribus traditum, seruarunt.

CAPVT VIII.

Pintia in Regia qua gesserit, & concionandi ratio.

ELVSITANIA reuersus, Pintiam recta contendit, vbi tunc Philippi Hispaniarum Principis, pro Cæsare Carolo imperantis, regia erat. Huc enim ardua negocia inuitabant. Diuertit ad Socios, qui in xenodochio, ad diui Antonij, anguste habitabant, vt veterem secessum Ognatensem, quo primum se abdi-

de-

derat, agnoscere videretur. Nihilominus vel humili domo latitantem, Hispaniæ dynastæ frequenter inuisebant. Qui cum solemne illud suum in salutationibus speciosisque titulis seruarent, tædio affectus Franciscus, flexis genibus, interdû rogabat, titulis temperarent; ne exprobrasse DEO viderentur, quod in se contulisset eximium vocacionis beneficium; neue pluris facerent, quæ abiecisset, quam quæ nunc sumpisset. Frequentes hic de verbo DEI sermones habuit, tum ad velatas Virgines, tum in D. Antonij Sociorum templo, vt magna morum in melius mutatio subsequuta sit. Threnos Hieremiæ pro concione explanauit, quibus & Compluti finem imposuit, magno vtriusque Academiæ doctorum homi-

mi-

minum concursu; qui dicerent,
 non tam ex libris, quæ publice
 doceret, quam ex humili oratio-
 ne, cælitusque data scientia, pro-
 ficisci. Gessit & illud eo ipso tem-
 pore memorabile. Virgines
 DEO sacratas, quæ austeram D.
 Claræ vitam, normamque te-
 nent, Gandia in Castellæ regnū
 traduxit. Cuius Gandiensis cœ-
 nobij hæc origo fuit: Anno cir-
 citer clo. cccc. lxxii. Gallicæ a-
 liquot marronæ DEO votis con-
 secratæ, Massilia, maritimo iti-
 nere, patrio solo iustis de causis
 cedere coactæ, Barcionem ap-
 pellant, & à Ioanne, Aragonum
 Rege, hoc nomine secundo, hu-
 maniter acceptæ, Gandiamque
 missæ sunt, æde D. Claræ sacra,
 quam priuatæ aliquot, & piæ
 mulieres habebant, illis attribu-
 ta. Nec ita multo post pietatis
 odo-

odorem, vitæque seuerioris, & continentiaë, longe lateque propagarunt, vt integræ virgines complures, illustri etiam genere nataë, eandem vitæ viam ingredi (abdicatis sæculi curis) cupientes, CHRISTO sese sponte addixerint, cælestemque in terris vitam egerint. In hac familia auiam FRANCISCVS vidit, filiam item, sorores, consobrinas, & neptes. Inde, tanquam coloniam ductæ sunt in alias Pro- uincias, Gerundam, Tubalim Lusitaniaë (quam *Salaciam* veterum fuisse non nemo existimat) Valentiam item Edetanorum, Emporias, & in Ilicitanum oppidum, siue Alona est nominanda, quod hodie *Halicantum* indigenis est. Nondum tamen ad eam diem in Castellæ regna sacraë illæ Virgines penetrarant.

Egit

Egit ea dere FRANCISCVS cum Iuliana Angela Aragonia, Duce domina Frias, simulque ad Lusitaniae Principem Ioannam retulit, persuasitque non agere. Bona itaque Pontificis venia, Gandiensi monasterio egressa, amicae duae, Francisca Ioannis Gandiae Ducis, Maria Marchionis Dianij soror. Sorores item FRANCISCIDUAE. Pintia dehinc profecta Madriti sedem fixerunt. Monasterium Ioanna princeps pecunia sua exaedificauit: quod idem nuper Margarita Austriaca, Maximiliani Caesaris filia, dum in eam se familiam, spretis mundi honoribus atque delitijs, tradidit, mirifice illustrauit.

CAPVT

CAPVT IX.

*Commissa FRANCISCO Hispania-
rum, Indiarumque Societatis
prouincia.*

BENE TEM gerere FRANCIS-
CVM viderat Ignatius, vt
quas res cumque aggredieretur,
ad felicem exitum adduceret.
Vniuersæ itaque Hispaniæ So-
ciji præficere decreuit. Erat
iam tum Lusitania singularis
prouincia: reliquam Hispania-
rum partem Doctor Araoz,
Ignatij iussu, regebat. Crescen-
te verò in dies Collegiorum nu-
mero, oneri ferendo parem se
esse negabat. Placuit itaque
Ignatio vtriusque Castellæ, vt
hodie vocant, Prouincialem
Præfectum renunciare, quo le-
uius onus Araoz haberet. Acces-
serât prouinciæ rursus duæ, Bæ-
tica,

rica, & Aragonensis. His in vni-
 uersum quinque Societatis in
 Hispania prouincijs, & Indiarū
 Orientis impositus ab Ignatio
 FRANCISCVS, commissaque ei
 generatim administrandæ So-
 cietatis cura. Ille verò onus de-
 trectare, latere se malle, obscu-
 rum viuere, sibi que & DEO va-
 care. At Ignatius, datis ad eum
 literis imperare; DEO ita placi-
 tum. Quare, vt adhuc fecerat,
 dicto audiens esset; Societatem
 ad perfectæ vitæ rationem ex-
 emplo, consilioque vocaret: nu-
 merum auget, quo ad posset,
 cum delectu tamen, & pruden-
 tia. Lustraret item, obiretq; col-
 legia Sociorum; quæ instaura-
 ret; proueheretque iam cœpta.
 Quod ab itineribus reliquum
 esset temporis, in regia consu-
 meret: ibi enim commodum fo-
 re,

re, & pietatis negocium promo-
uere, & literas quaqua versum
mittere. Paruit, cessitq;, qua erat
animi dimissione, FRANCISCVS
Ignatij iussis: & vero in difficili
hac administrandæ prouinciæ
ratione, ratus, quod res erat, fore
vt rationem DEO reddere cre-
ditarum sibi animarum aliquã-
do cogeretur, licet antea in se
ipse sæuus esset quæsitior, tūc ta-
men facere omnia diligentius,
accuratiusque cœpit: illud inter-
dum mente repetens, *Nunc cœpi. Psa. 76.*
Iam enim legibus quasi solutus,
& inspectore carens, morumq;
custode, immoderatus in se ipse
animaduertit vigiliis, ieiuniis, &
flagris, valetudinem vt non pa-
rum labefactarit. Quare cogni-
ta, Ignatius factum absens repre-
hendere, modum in omni re, in
asceticis quoque exercitati-
bus

bus seruandum, vt superesse possimus. Sacerdotē itaq; senē addidit, cuius consilio pœnitentiæ effecta regeret; valetudinisq;, ne læsasse eā temere videretur, rationē haberet. Dicit vix potest, quot, quantaque Sociis emolumenta, exterisq; in Hispania tunc attulerit. Recens n. etiā tum Societas erat, & à multis oppugnabatur, vt fere fit maxime in ipsa origine. A se primū initiū ducere constituit; & rogare in primis Deum, vt q̄ humeris onus imposuisset, idē etiā vires, ferendo oneri pares, sufficeret. Collegia partim inchoata prouexit, ad rectumq; perduxit; partim etiam inchoauit; quæ maius post incrementum sumpserunt.

CAPVT X.

Collegiorum Placentini, & Hispanensis origo.

Duorum

DVORVM de multis Colle-
 gis, ad posteritatis memo-
 riam illustrium, referre libet,
 Placentini, & Hispalensis ori-
 ginem. Placentiæ Episcopus
 Guterius Caruaialius, fama ad-
 ductus cum FRANCISCI, tum
 Sociorum Laynis & Salmero-
 nis, quibus in Tridentina syno-
 do fuerat vsus; litteras ad eum
 dandas curauit, rogans Socios a-
 liquot mitteret, quos in curarū
 commissi sibi gregis partem vo-
 caret: idq; cumulatus benefici-
 um, si se illis adiungeret, futu-
 rum. FRANCISCVS nihil prola-
 tandū ratus, mox Sociis aliquot
 adhibitis, in viam se dedit: tam
 humaniter ab Episcopo acce-
 ptus, vt à parente maiora profi-
 cisci non possent. Domi Sociis v-
 sus per familiariter, famā re ipsa,
 q̄ contra solet, superari compe-
 rit.

rit. Erat tum Guterius animi impetu insolentior, & aulicis in vulgus moribus plus æquo deditus, quam sacerdotis, ne dum Episcopi officio, dignum videretur. Nec fugit ea res FRANCISCVM. Orare igitur DEVM assidue, Sociisque idem negotium dare, mensem vt integrum, Episcopi salutem DEO precibus, ieiunijs, cæterisque exercitationibus commendarent. Viderat vir prudens magnum esse in Principum virorum exemplis ad vitam, moresq; ciuium moderandos, momentum. Tandem intensiore cura, atque diutius Deum precatus, conclauis egressus, oculis incensis, vt flammam emicare crederes, obuiis forte Patribus hilari voce, *Bono, inquit, esse animo iubeo: gratiaque DEO agenda, qui preces nostras audit,*

& E
tum
factu
lius
& la
mor
tius
exp
nis
tur
ens
min
set,
nir
& a
qui
Ou
pus
Th
Iur
Hi
um
trib

& Episcopum benè de nobis meri-
 tum miseratus aspexit. Nec diu
 factum est, cum se ipse Caruaia-
 lius collegit. Orationi intentus,
 & lacrymis antea ctæ vitæ me-
 moriam repetens vltimam, to-
 tius vitæ crimina ritè confessus
 expiauit. Edixit statim præco-
 nis voce, omnibus à se satisfac-
 tum velle. Si quem forte sci-
 ens, prudens læsisset, sua, vel
 ministrorum opera; si fraudaf-
 set, audacter res repetitum ve-
 niret. Iudices adhæc constituit,
 & arbitros, Ioannem Ayoram,
 qui eius tum vices gerebat, &
 Ouetenſis Ecclesiæ post Episco-
 pus fuit: Socios item duos,
 Theologiæ alterum, alterum
 Iuris Pontificij benè peritum.
 Hi lites componerent, & ius su-
 um cuique ex æquo, & bono,
 tribuerent. Familiam quoque

I domi

178 DE VITA FRANC. BOR.
domi ad frugem, parsimoniam-
que traduxit, seruatorum, & auli-
corum grege missio facto, sex
cōtentus sacerdotibus, morum
honestate singulari: quos &
mensæ, summa temperantia in-
structæ, adhibuit. Lectusque
quotidie ab anagnoste sacræ
scripturæ liber, quo animus po-
tissimum reficeretur. Cum Ca-
nonicis Ecclesiæ in gratiam re-
dit: remissisq; sponte iniuriis,
positæ simulates, & odia. Dice-
cesim integram lustrandam piis
maxime viris mandauit, qui nõ
rudes duntaxat docerent, sed
pascere etiam inopes, magna
vi pecuniarum distribuere. Do-
mi suæ trecentis interdum, &
mille egenis quotidie victum
suppedirauit, præsensq; aderat
mensæ: doctrinæ item Christia-
næ præceptis à Catechista Socio
tradi-

traditis. Vitæ hæc in melius mutatio, & admirationem attulit omnibus, & exemplum cæteris præbuit. FRANCISCI id omne precibus acceptum referendum.

Hispani dæmon clam ea tempestate z zania ferere cœperat: cui malo in tempore prouisum est, vigilantia Cenſorum Fidei: & ut in partem iuuaret FRANCISCVS, eo, tanquam in conuinciam, Socios mittere decreuit. Igitur Ioannem Suarez qui tum Salmanticæ Sociorum Collegium regebat, nondum tamen à diuturno morbo satis confirmatum Hispalim alligat. Domum humilem, atque angustam quærere iubet, quæ duodecim Socios caperet: se prope diem eodem venturum Collegio instruendo promittit. Paruit,

I 2 Calen-

Calendis circiter Nouembris
Hispalim delatus, comitante
Ioanne Guterio. Hic Archiepi-
scopi vices gerebat Ceruantes
Salazarius, qui post Cardinalis
creatus, & Archiepiscopus Ta-
raconensis, nostros fouit, Col-
legiumque exædificauit. Huic
se supplice libello Suarez obtu-
lit, concionandi potestatem, sa-
crificandi que postulans. Ponti-
ficis de Societatis instituto di-
plomata profert: ei facile se,
suaque probauit. His rebus per-
actis, pace tanti viri, gnauiter
agere, partim de rebus diuinis
publicè differendo, partim cõ-
fidentibus aures dando, vt à
lento morbo sic recrearetur,
quasi hanc illi valetudinis con-
firmandæ viam DEVS ostendis-
set. Ferdinandus Pontius Leo-
nius, vir nobilis, captus hominis
pieta-

pietate, ædes illi amplas, laxasq;
 incolendas tribuit. Euocatur
 itaque FRANCISCVS: qui vnâ
 cum Michaele Torres, Bartho-
 lomæo Bustamantio, & Paulo
 Hermandes, Palatium vt vidit,
 non humiles casas quæ sitas fu-
 isse (vt erat paupertatis aman-
 tissimus) Ioannem Suarez, mo-
 deste tamen, obiurgat; superbâ
 nimis pauperum sedem videri,
 paupertatem verò maximum
 esse Religionis præfidiũ. Man-
 sit tamen, temporis angustiis
 coactus, quod Natalitia CHRIS-
 TI agerentur. Post non diu in
 ædes humiles migravit, quæ
 vetustæ iam rimas, vitiumque
 agerent, vt & pluyente cælo gut-
 tæ cubiculum aspergerent, stil-
 laretque vndique domus. In-
 gèti inedia primo affecti, quod
 in vulgus adhuc ignoti Socij la-

terent. Accidit vt nec cibum do-
mi, neque æs, pecuniamue ha-
berent, venissentque de via So-
cij non pauci; hora verò meri-
diei ad prandiū inuitaret. Sua-
rez, quod res erat, ad FRAN-
CISCVM retulit, nihil esse quod
apponeretur: dandumne igitur
signum, quo in triclinium co-
mnes conuenirent. Ille paulu-
lum, quasi DEVM precaturus, se
collegit; mox vultu ad hilarita-
tem composita: *Dare signum
prandij licet, quando multum iam
est diei: DEO fidite; illi cura sumus.*
Ecce tibi ad portam duo, cum
sportis panis, ciborumq;, vt ad
pauperes foris pascendos re-
dundarit. Isabella Galindij, ma-
trona illustris, com meatum il-
lū dono miserat. FRANCISCVS
precibus à DEO impetrarat, &
Socios allocutus: *Discite, ait, filij*
DEO

DEO fidere: cuius si gloriam querimus, animis, corporibusq; nihil defuturum scitote. Nec Hispali solum, sed alibi semel atq; iterum idem accidit; Pintiæ nimirum, & Septimancæ: vbi nec opinantibus similiter allatus est cibus, sed ab ijs hominibus, qui dicere nollent, quis mortalium mitteret; vt DEI prouidentia res geri videretur. Et hæc quidem Societatis in Baetica initia, parua illa quidem, & infirma, in tanta rerum omnium inopia, sed quæ nimium quantum post creuerunt: vt iam Collegium Sociorum, domumque Professorum, diues ea Respub. magno suorum ciuiû emolumento, alat; quod non litteris tantum, sed & morum pietate, iuuentus imbuatur.

CAPVT XI.

*Cæsari Carolo inita Societatis
rationem reddit.*

DV M Placentiæ versatur,
loci opportunitas suadere
videbatur, vt Cæsarem, qui
propius aberat, inuiseret, ratio-
nemq; suscepti consilij præsens
redderet. Dederat enim res in-
opinata sermonem multis, qui
secus ac par erat interpretaren-
tur. Cæsar verò, pius Princeps,
cum bellis externis implicitus
antea fuisset, Societatem, vt re-
cens ortam, vix agnorat, Seces-
ferat hic fessa iam ætate, in So-
daliū Hieronymianorum cœ-
nobiū, Iusti cognomento, Pla-
centino in agro Hispani amœ-
nissimo: vt quod reliquum esset
vitæ spacium, DEO transcribe-
ret. Rarum id in primis, & no-
stro sæculo inauditum exemplū
in Im-

in Imperatore summo visum. Qui enim tãtos de hostibus Fidei, Religionisque maiorum, Turcis, atque hæreticis, triumphos egisset, imperio orbis pæne terrarum cessit: quo se commodius Christo consecraret, antea ctæq; vitæ errata, dignis pœnitentiæ fructibus expiaret. Igitur FRANCISCVS gratulari coram Cæsari, sui que facti rationem reddere pretium operæ existimavit. Litteris etiam Ioanne Cæsaris filia, & alteris, Ferdinandi Aluari Toleti, Oropesæ Comitis, sæpenumero cognorat: in secessione illa Cæsarem, quid FRANCISCO fieret, quærere solitum. Bustamantio itaque sacerdote itineris comite adhibito, ad Cæsarem pergit. Lætus eius aduentu Carolus, apud se domi accipi iubet hu-

I § maniter,

maniter, à Ludouico Quixada:
 cubiculumq; apparatus. Facta
 salutendi potestate, genibus
 FRANCISCVS accidit. Surgere,
 & sedere Cæsar confestim iubet;
 at ille obluendo durauit. Lice-
 at, quaeso, Auguste Cæsar, bona cum
 veniat tua, supplici mihi genibusque
 nixo hodierno die paucis apud te a-
 gere. Multis me tibi nominibus ob-
 strictum agnosco, & præ me fero non
 inuitus, vt cliens deuotus Maiestatii
 tuae. Quæ me causa impulit, vt in
 presens tibi mutata vitæ rationem
 reddendam putarim. Diuersos e-
 nim ea de re in vulgus sparsos ru-
 mores insidui. Cum in contuber-
 nio tuo haererem, multis crimini-
 bus obnoxius, deliqui, fateor, non
 raro, ceterisque offendiculo sui. Vi-
 sum tandem est DEO, animorum
 parenti benignissimo, nullo meo
 merito, me ad se trahere, eamque
 mentem.

mentem inijcere, vt seculi curis
nuncium remitterem, & in Reli-
giosorum hominum Societatis IES-
V familiam me darem. In quam
potissimum familiam (cum animus
ad D. Francisci institutum magis
propenderet) rapi me, & trahi in
dies sensi, dum precatiōni ad DEVM
fusa insisterem. Idem vt facerem
alij, qui & intimos animi mei re-
cessus penitus norant, re eidem
DEO oblata, auctores mihi exsti-
terunt. Hic & aditum honoribus
obstrui acceperam, quibus iam me
sponte abdicaram. Nuperam esse
sciebam: & vero, quemadmodum
si quis recenti Regis pomario stir-
pem inferendam afferat, gratius
haud dubie munus esset, quam si in
hortos pridē arboribus constros tra-
duceret; sic in piorum hominum fa-
milijs, summi Regis DELVIRIDARIJS,
vsu venire existimo. Actionem ijdem

Contem-

Contemplationi coniungunt: à quo
vita instituto numquam abhorruì,
& perfectissimum esse sapientes vi-
ri iudicarunt. Certe, ex animi mei
sententia, confirmare possum, ad
hanc me diem iucunde in Societate,
& summa animi tranquillitate, vi-
xisse. Ad hæc Cæsar: Mirabar
sanè, cum Roma Augustam Vinde-
licorum ad me ea de re putares re-
ferendum, quidni im accidisset, cur
mutata velificatione, quasi condi-
tionis tuæ pertesus, vitæ cursum re-
tro agere induxisses. Tum verò ma-
ximè admirabar, quod in nouam
illam familiam Societatis te contu-
lisses: de qua secus, quam vellem,
sentire, & loqui plerosque video.
Scilicet, deerant tot, tantaque ve-
teres, piæque familiae antiquitate
ipsa, vsuque probata. Hic mode-
stè FRANCISCVS: Si nouas
Religiones, magne Cæsar, hoc nomi-
ne con-

ne contemnimus, quia nuper nata;
 omnium eadem conditio est, quod
 originem semel sumpserint, tempo-
 risque diuturnitate creuerint: &
 hac ipsa Sodalitas, tempore ipso ve-
 terascet. Immo, si vere existimare
 volumus, quo ab origine res propius
 abest, eo melius verum cernit, &
 accuratior est. Et motus initio sem-
 per incitator est, & vehementior.
 Similiter ad fontium capita limpi-
 dior aqua, puriorque bibitur. Chri-
 sti Euangelium, lexque gratiae pra-
 stantiores viros, sanctiores, doctio-
 resque extulit, quo principio vici-
 niores fuerunt. De probatione verò,
 Summi Pontificis auctoritate atque
 auspicijs Societatem confirmatam
 videmus. Aemulos reperisse, & ad-
 uersarios, non inficior. Hoc enim re-
 bus omnibus, praesertim recens natis,
 proprium perpetuumque accidit. Sed
 ij fere nos oppugnant, qui aut Socios,
 viuendi-

viuendiq; modū ignorant; aut animi
 perturbationibus, odij & inuidie
 ducuntur. Equidē, si quid in Socijs
 non probassem, pedē non intulissē,
 aut si intulissē, re comperta, statim
 retulissē. Mox interpellat Cæsar:
 Sed illud quo modo reselles, adoles-
 centes huius familie esse omnes; se-
 nem, quē canities commendat, atq;
 prudentia, neminem? Hic FRAN-
 CISCVS: Si mater iuuenili etate
 est, non senili, quid, quaeso, mirum,
 si & liberi eius iuniores sint? Et si
 propius inspicias, cani non pauci no-
 bis se addicunt. Equidem sextum
 iam, & quadragesimum etatis an-
 num ago: hicq; meus, ne longius
 abeam, itineris comes (Basta mā-
 tium significans) sexagenarius
 pene Societati nomen dedit, tiroci-
 niūq; ponere vir doctrina, & mo-
 destia singulari, minime detrecta-
 uit. Cæsar introire iubet, & a-
 gni-

gnitum sibi olim memoria re-
petebat: quod olim Neapolim
missus à Ioanne Tavera, Tole-
tanorum Archiepiscopo, secū
de rebus arduis egisset. Triduū
cum Cæsare versato, iamque
itineri accincto, ducentos au-
reos elemosynæ vice dandos
Carolus curauit: modicum id
esse testatus, sed se iam bonis
exutum priuatam personā su-
stinere. Cuius si status, condi-
tionisque respectum haberet,
nunquam alias maius à se bene-
ficio accepisse, agnosceret.

CAPVT XII.

*Septimance tyrociniy domum
instituit.*

PINTIAM reuertit FRANCIS-
CVS, vbi domus ad te-
ctum perducebatur. crescebat-
que in dies Sociorum numerus.
Ille vero, & in æde nostra,
alif-

aliisq; templis frequenter concionabatur. Hic cum plerisque ad eum aulici confluerent, ut suis potius rebus, quam animorum saluti consulerent, dicere solitum accepimus. *Quam pauci mortales ex vrbe Hierusalem huc commeant: pleriq; omnes ex Ægypto veniunt, ut nostra opera ditiores potius, quam meliores fiant.* Respiciebat ad Antonij Abbatis dictū diuinitas, de quo Palladius memoriæ prodidit, è Macario rogare consueuisse, cum absentem se quæsiuissent: *ex Ægyptone, an Hierosolymis aduenisset.* Hos CHRISTI gloriam; illos sua tantum comoda sectari significans. Egredere itaq; adduci FRANCISCVS potuit, ut suis omnibus potestatis sine delectu faceret: ne, si hanc fenestram patefaceret, diuinis rebus operam dare non posset.

*Lansfacæ
hist. cap.
26.*

posset. Commodum iam Septimancenses Societati domū obtulerāt, quam eo avidius FRANCISCVS arripuit, quo secedere aliquo libentius cupiebat, & a negociorū fluctibus, tanquam in portum se recipere. E Salmāticensi, & Complutensi Academiis, magnæ spei adolescentes, nomen vt Societati darent, cōfluebant: verum quo reciperentur locus deerat. Ratus igitur FRANCISCVS, quem iam solitudini, & orationi idoneum sibi locum compererat, eundē etiam Tironibus ad pietatem informandis aptum esse: augere domum, membris additis, cōstituit. Observarat enim longo rerum vsu, quod idem epistola ad Socios data testatur, permagni Societatis interesse, omniumq; adeo Religionum, primum

primum tyrocinium feliciter
poni, & tanquam fundamen-
tum iaci. Ut enim bonus tiro,
bonus tandem miles euadit: sic
& in ascetico vitæ instituto, qui
se ipse, perturbationesque ani-
mi vicerit initio, reliquum vitæ
curriculum feliciter decursu-
rum. Domum igitur humilem,
qualem Ognati ædificandam
curarat, instituit: laborans ipse,
materiam, calcem, & cæmenta
ferens. Multos hic non adole-
scentes modo, sed & viros ge-
nere, & litteris claros Societati
adscriptis. His magistrum mo-
rum, & pietatis Bustamantiū,
ætate iam & prudentia grauem,
præfecit. Libentissime vero
cæteris aggregabat, qui gran-
diores natu, & integra ætate
Societati se addicerent: idque
multis de causis. Primum,
quia

quia iudicio maturo, diu multumque deliberantes, eam vitæ rationem amplexantur; eademq; constantia ad extremū vsque spiritū retinent. Deinde, quod iuniores magnis sumptibus, multisque annis educari, incerto etiam euentu, debeant: viros vero, decurso iam studiorum spacio, statim Societati vtilem nauare operam videas, cū docendo, tum concionando; tales modo sint, qui paruulorum simplicitatem, vt iubet Christus, cum morum prudentia coniūxerint. His FRANCISCVS facem exemplo præferbat, viamq; mōstrabat, hortando, vrgendo, consolando, & reuocādo, cū freno alij, alij calcaribus indigerent. Per cōpita publica, præeunte canentiū puerorū choro, catechistæ officio

funge-

Matth. 23

fungebatur. De superiore item loco DEI verbum explanabat. Erat tum forte in tirocinio, qui lancium sordibus abstergendis abhorreret, inuitusque hoc onus, cætera libenter, susciperet: quem vt inutilem metum exueret, spectante illo FRANCISCVS aquam sordibus inquinatam, qua tum orbes lauerat, auidius hausit. Adolescens, rei spectaculo fractus, ad pedes ei accidit, veniamque postulauit. Collegium Septimancense aliquando Pintia ingressus, recta in culinam tendit: coquum ignotus rogat, num quid iubeat: hodie se illi operam daturum. At ignarus ille, quid nosset, rogat. Nihil, ait FRANCISCVS: *Que tamen rectius prestare, & in quo minus aberrare soleo, hæc sunt: pauimentum verrere, ollas abstergere. La-*

re. Laua igitur, ait coquus, ollas
 illas fictiles, fuligine obfitas. Il-
 le vero, *Et libenter;* diuq; ibi hæ-
 sit, dum à comite ad res graues
 obeundas auocaretur. Pintia
 quoq; serius aliquādo egressus,
 moraq; in itinere iniecta, Septi-
 mancam intempesta nocte, al-
 tero inde lapide dissiptam, acces-
 sit. Fores Collegij pulsat. multa
 tum cælo nix decidebat: frustra
 tamen ad alterā noctis vigiliā,
 captis arctissimo somno Sociis,
 exspectat dum fores paterent:
 domus enim lōgius à porta ab-
 scesserat. Tandem aliquādo in-
 tromissus, tantum abest vt mo-
 leste moram, cæliq; intempericē
 tulerit, vt magnum & inde fru-
 ctum pietatis reportarit. *Credo*
equidem, aiebat, *vt Princeps, fera*
stimulis, & arundine in arena, &
venatione agitata, summam capit
 volun-

voluptatem, sic Deum, me, feris
 ipsis nihilo meliorem, mollibus dum
 petit niuium globis, hodie delecta-
 tum: qui tamen non me laderent,
 sed vrgerent, atq; impellerent. Sic
 Psal. 147. enim Vates ait: Qui dat niuem sicut
 lanam; nebulam sicut cinerem spar-
 git. Nobil sitem adolescens hic
 Sociis recens adscriptus erat: as-
 ceticis tamen exercitationibus,
 paupertateque illa domestica
 adeo nō cōpiebatur, ut facti pē-
 nitens, à suscepto vitæ instituto
 resiliiret. Cum nihil FRANCISCI
 alloquia ad constantiam serua-
 dam valerent, Sociis va. i. cinans
 ait: *Sinite abire: nondum enim ma-
 turuit. Reuertetur, mihi credite, &
 hanc ipsam iudicij imbecillitatem
 post re ipsa corriget.* Nec vanus
 augur FRANCISCVS fait. Post
 enim idem Ecclesiastica digni-
 tate sponte se abdicans, in So-
 cieta-

cieta
 ad c
 conf
 bus c

Regin

D
 sæcu
 nias
 prin
 clari
 Reli
 cieta
 mus
 trad
 tate
 func
 idem
 mifi
 ris,

cietatē iterum reuertit, vixitq;
ad extremum vsque diem pie,
constanterq;, vt cæteris omni-
bus exemplū esset singulare.

CAPVT XIII.

*Reginam litteris consolatus, in Lu-
sitaniā proficiscitur.*

DECESSERAT per idem
fere tempus, anno eius
sæculi LVII. A. D. 3. Idus Iu-
nias Lusitaniæ Rex Ioannes III.
princeps pacis, belliq; artibus
clarus, pietate vero in DEVM,
Religioneque clarissimus. So-
cietatem maxime fouit, pri-
musque Socios ad se in regnum
traduxit; domos regia liberali-
tate attribuit, collegiaque à
fundamentis extraxit. Primus
idem in Orientis Indiam Socios
misit: qui gentibus illis barba-
ris, densa caligine dissipata,
Euan-

Euangelicæ veritatis lucem importarent. Luctuosa ea mors, cum Christiano orbi vniuerso, tum Societati fuit: quæ & partem amisisse simul & patronum videbatur. Franciscus Catharinam Regis coniugem, communi Societatis nomine, pia epistola consolatur: esse quidem Reges instar procerum, falcorumq; Ecclesiæ DEI; sed è militante Hierusalem in triumphatam, cum placitum fuerit, transferri. Præclare cum illo agi, qui terrenum hoc regnum cum cælesti permutasset, feliciter: hortari itaque vt regni gubernacula non detrectet, dum Sebastianus nepos Imperio adulescat. Nec diu post, in Lusitaniam ipse subsecutus, Cæsaris iussu, cum eadem, & cum dynastis magnis de rebus egit.

Ebo-

Ebor
arden
mor
stiferu
nem
dictæ
iussu
rensis
Socio
depo
medi
bus
Cur,
tis?
DE
vita
matu
mens
nobis
tridu
nem
præ
æ. l

Eboram nondum adierat, cum ardentissima febris, quæ mox morbi violentia in delirium pestiferum vertit, ad desperationem medicorum laboravit. Indictæ preces, supplicationesque iussu Principis Cardinalis Ebo-
rensis. Iacenti iam in Collegio Sociorum, deplorato, ac pæne deposito, lacrymantes aderant medicus Regius, & Socij, quibus nec opinato FRANCISCVS;
Cur, inquit, lacrymas frustra funditis? an illa. morti me eripient, si DEO visum, in patriam ab hoc me vita. exsilio reuocare? Sed nondum maturuit hic fructus, ut summi Regis mensis apponatur. Grandis adhuc nobis restat via: immo intra quadriduum viuus; valensque Olyssiponem pergam. Inopinatum illud, præterq; fidem visum, & si naturæ leges consuleres, fieri non

K posse.

posse. Postridie tamen eius diei
 hausto salubri pharmaco, purga-
 ta alu⁹ est, & vis morbi remissa
 habuitq; melius. Tertius iã die
 illuxerat, cum à Catherina Re-
 gina missi domestici aderant
 quibuscum postridie itineri se
 Olyssiponeris commisit. Verum
 ne hic quidem periculi omnino
 expers fuit. Tagum enim flu-
 men traiciente, ea subito exorta
 tempestas est, vt propius factum
 sit nihil, quam vt aquis mergere-
 tur; cum & alia nauigia nõ pau-
 ca, procella illa perierint. Regi-
 na aduentu nunciato Xobri-
 gam, regiam in villam fluminis
 vicinam, amœnitate, aerisque
 salubritate claram, deferri iubet.
 omnique regio apparatu accipi-
 endum curat. Hic dies aliquot
 moratus, ad D. Rochi Societa-
 ris domum Professorum Olyssi-
 pe-

ponem maturare se ostendit. Colligere itaque farcinas iubet. Regij ministri rati, quod res erat, eo festinare, quod regium illum luxum fugeret, & Sociorū inopiam longè illi apparatus anteponeret; hortari valetudinis habita ratione, ne intempestive in viam se daret. At nihil ille remisse agere, & instare. noctem ibi transacturum se negat. Incommodum haud dubie cum Sociis FRANCISCVS accepisset, ni prouidentia quadam effugisset. Eadem enim ipsa nocte ventorum procella, ab extremis vsque Indiæ finibus vehementius spirans, pestilentem morbum inuexit; multique his anni horis vbique gentium consumpti. Non dissimile diuinæ prouidentia exemplum apponā. Occurrit si olim in itinere Sue-

rus Vega, Ioannis Vegæ Hispaniæ Præsidis filius, in idemque hospitium diuerterant: cumque frigus igne depulissent, secessit ut solet; **DEVM** oraturus **FRANCISCVS**. Vega focum retinuit. Post non diu cubiculo raptim noster egressus; *Eugiamus*, inquit, *periculum praesto est*. Dictum, et factum: vix domo digressis, et tum decidit, omnes oppressurum, ni cauisset **FRANCISCVS** Pij nimirum in tutela **DEI** sunt. A morbo recreans, confirmatusque Lusitaniæ Reginam, & Sebastianum nepotem salutatur: regni item dynastas, legationemq; exponit.

CAPVT XIV.

Cæsaris obitus, & funebris **FRANCISCI** *laudatio.*

DOMVM reuertit: Cæsaris gestæ rei rationem reddit

de animi salute, & asceticis frequens sermo. Carolus enim ad mortem tum se comparabat, optabatque vehementer, rationes antea actæ vitæ, gestique imperij DEO summo animorum iudici probare. FRANCISCVS misericordiæ DEI, atque clementiæ commemoratione, languentem erigebat. Nec sefellit de morte vicina augurium. Vix enim cenobio digressus Pintiam attingit, cum tristis nuncius allatus, Cæsarem obiisse A. D. xj. Kalen. Octo. anno salutis clō. lo. LVIII. 1558. Tabulis exequendæ voluntatis ultimæ, quam ratam haberi vellet, FRANCISCVM nominat. Per molestum verò id ei accidit, quod animam agenti Carolo præsto non fuisset, ut patrono optime de se merito, postremum hoc officium præstaret,

oculosque morienti clauderet.
 Post tamen rogatus non detre-
 dit funebri illum laudatione
 prædicare Pintia, in aulicorum
 frequenti corona: adhibitis Re-
 gij Prophetæ verbis: *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*
 Factam prædicans heroe di-
 gnum; qui cum de hostibus to-
 ties triumphasset, tandem se ipse
 vicisset. Nuncio enim rebus hu-
 manis, Imperio, & regnis remis-
 so secessisse, priuarumque egisse.
 Coronas, sceptras, falces, ad
 CHRISTI crucifixi pedes sponte
 posuisse; quo rationem gesti
 imperij, mortem longè ante
 prælagiens, commodius redderet
 Imperatori summo, cum bona
 æternæ felicitatis spe. Illud
 in cæteris memorabile, & ad po-
 steros transmittendum; Caro-
 lum ab vno, & vicesimo ætatis
 anno,

Psal. 11.

anno, nullum diem abire pas-
sum, quo non horam orationi,
meditationique tribueret, nego-
ciisque demeret. De morte de-
mum, quæ ad æternam vitam
ianua est, sermonem Franciscus
clausit extremum.

CAPVT XV.

*Qua in Hispania Societati aduersa
acciderunt.*

PER idem tempus Pintiam,
occulte inuaserat depraua-
tarum in Religione opinionum
lues: idque malum, quo occul-
tius, eo periculosius, paruis, vt
fit, igniculis ortum, Prouinciam
Hispaniæ inflammasset, nisi ad
commune incendium restin-
guendum mature, atque alacri-
ter Philippus Rex verè Catholi-
cus, & Quæsitores Fidei aduo-
lasent. Mali origo hæc ferè

K 4

me-

memoratur. Dum Cæsarem Augustū flos Hispanicæ nobilitatis in Germaniam, ceterasque hac labe infectas regiones sequeretur, usu, commercioque, & disputationibus, (quæ damni plus, quam commodi adferre solent-) contaminati nonnulli venenum hæreticæ prauitatis imbiberant; edocti ab ijs qui à fide maiorum, vt transfugæ, turpiter desciscentes, in alia omnia blasphemiarum, impietatis, & atheismi abierunt. Conuenticula itaque nocturna, & conciliabula clandestina cogere (quod ferè seditionum initium) Libellos impios, & famosos in vulgus spargere ausi; & iam Virgines DEO dicatas tabes illa occuparat. In his ipsis coniuratis nonnulli Socios, vt conscios, falso nominarant, in eandem causam inuo-

inuoluere tentantes. At illi innocentia freti, recti se conscientia sustentabant; calumniamque tempus, & eius filia Veritas, diluit. Ferdinandus enim Valdesius, Hispalensis Archiepiscopus, idemque Censorum Fidei princeps, cæteris Iudicibus negocium dedit, vt Socios, in templis, vicisque à calumnia liberarent, & honorifica prædicatione in integrum restituerent. Hispali quoque in Baetica, in Socios incurrere, calumniisque petere factiosiausi: & quod mireris, ij ipsi, quorum intererat omni ope pro veritate niti. Honori tamen nostro, (ea nimirum vis est in omnem partem Veritatis) consuluerunt boni; nosq; pro concione innocentes, & integros publicè prædicarunt, ipsi etiam Dominicanæ familiæ fo-

K s

da-

LIO DE VITA FRANC. BOR.
dales. Nihil his tempestatibus,
aduersisque fractus FRANCIS
S C I animus, quin & fortius,
palmæ instar, nitebatur.

CAPVT XVI.

*Mittit Socios catechistas in Asturum
agros Hispania, & in Madau-
rum Africa.*

CHRISTOPHORVS Rogius
Sandoualius, qui post ex
Episcopo Ouetensi, & Pacensi,
Hispalensis Archiepiscopus de-
cessit, FRANCISCVM amanter
monuit, Asturum, montiumque
incolis circa Ouetum habenti-
bus, non solum victum in sum-
ma temporum difficultate, ex
continenti annorum aliquot
sterilitate deesse; sed, quod rei
caput est, etiam doctrinæ Chri-
stianæ præcepta, & cælestis pa-
nis frequentiores usum. Astu-
rum

rum enim ager, licet optimorū
ferax equorum est; ingeniorum
nō item, in agrestibus præsertim
hominibus. Adeò verum illud,
Non omnia vno solo, celoque nasci.
Nec mora. FRANCISCVS ad Io-
annam clarissimam Hispaniæ
Principem, quæ absente in Bel-
gio Rege Philippo, imperabat,
Ouetensis agri inopiam animis
corporibusque sustentandis, re-
tulit: opem implorat: se in par-
tem laborum venturum, missu-
rumque Socios, qui rudimenta
doceant, & sacra procurent: sed
quando in tanta rerum omnium
indigentia, vt anni tempus erat,
inanis venter auribus careret,
rogat, Asturum inopiam suble-
uare vellet. Sic enim fore spe-
rabat, vt fructus non paniten-
dus animorum colligeretur. Ve-
tus enim, fructuosumque So-
cie-

cietatis est institutum, in paga-
 norum agros excurrere, & quasi
 legationem DEI, docendo, con-
 cionandoque obire. Princeps
 illa, vt ad omnia pietatis officia
 propendebat, Asturum inopia
 subleuandæ, quattuor aureorū
 millia ex aerario publico nume-
 randa curauit. Hæc vt pauperi-
 bus viritim distribuerent, duo
 Socij profecti, Petrus Saauedri-
 us, & Caruaialius, agrumque
 per se sterilem, diuini verbi se-
 mine ita coluerunt, vt tum pri-
 mum nati, videntesque qui cæ-
 ci ad eam diem fuissent, sibi vi-
 derentur. Missi item à FRAN-
 CISCO Socij extra Hispaniam,
 in Mauritaniæ Cæsariensis urbē,
 hodie *Oranum*, quam olim Ico-
 sium alii, alii Madaurum, L. Ap-
 puleij patriam, existimant. Quæ
 vrbs in Africæ ora sita, Francisci
 olim

olim Ximenij Cardinalis, & To-
 letanorum Archiepiscopi opi-
 bus, aucupijsq; capta, præsi-
 diis nunc Catholici Regis tenetur,
 aduersus Maurorum incurso-
 nes. Exercitus in Hispania nau-
 bus eo deportabatur, ad gentes
 illas, Christiani nominis acerri-
 mos hostes, debellandas, anno,
 opinor, clo. Io. LVIII. Igitur mis- 1558.
 si à FRANCISCO è nostris, Petri
 duo, alter Martinez, qui post
 Martyr obiit in Florida, insula-
 norum insidiis. Alter vero, Pe-
 trus, cognomento Domenichus.
 Eductis in hostem copijs, Mo-
 staganum oppugnaturis, iussit
 belli dux in vrbe Socij manerēt,
 egrotis quadringentis militibus,
 qui in nosocomio decumbe-
 bant, operam nauarent. Hi, ta-
 met si militibus animum in præ-
 lio addendo præsto esse mallēt,
 dicto

audientes fuerunt, & visum magno illi Imperatori DEO, ut ad maiora reseruentur. Casu enim ad internecionem exercitu, captisque, qui cladi superfuerant, periculum nostri euitarunt. Post in Hispaniam reuersi, mortuorum se in numerum relatos, sacris etiam rite peractis compererunt.

CAPVT XVII.

In Lusitaniam reuersus, Prouincia obita, lustrat fundatq; Collegia.

SEMEL, iterumque Lusitaniam ingressus, sed negociorum duntaxat gratia, Sociorum Collegia lustrare solatiumque otiose adferre, integrum non fuerat. Commodum iam per ea ipsa tempora, Henricus, Lusitaniae Princeps, Cardinalis (qui & Seba-

Sebastiano in Africana expeditione cæso, regnum tenuit) Eboracæ Collegium, Academiamque excitatam ære suo, Societatis fidei commiserat; petieratque per litteras à FRANCISCO vt mitterentur doctores Sacrarum litterarum duo; vtque se his adiungere ne grauaretur. Valetudinis etiam interesse medici affirmabant, animum à curis, quibus Pintia obruebatur, auocare, & peregrinando relaxare. Præmissis igitur Sociis duobus, Petro Paulo Ferrario, & Ferdinando Perez, qui Theologiam docerent, in Lusitaniam se contulit; vt Principem bene de Ecclesia, Societateque meritum, cum officii causa salutaret, tum gratias etiam Sociorum nomine ageret. Acceptus hic omni officiorū & caritatis genere; pari comitate, qua

qua eum olim Ioannes III. Rex,
 eiusque frater Ludouicus, com-
 plexi fuerant. Concionabatur
 Dominicis fere diebus, vernis
 quadraginta dierum ieiunijs, in
 æde sacra, audiente cupidissime
 Henrico Cardinali. Hic, cum de
 via fessum orationibus ad popu-
 lum habendis onerandum qui-
 dam negarent, instabat Cardi-
 nalis: *Nec postulo*, inquit, *diserte*
concionetur: abunde erit populo, mi-
bique, vel suggestum conscendisse
eum, qui omnibus sese bonis sponte,
 CHRISTI propter amorem abdicauit.
 Interea Henricum cupido
 inceserat, & FRANCISCI in-
 uisendi, & Academiae lustrandæ
 quando absenti integrum nun-
 quam fuisset. Deductus itaque à
 nobilitatis flore, omnibusque
 Academiae ordinibus, & Socijs,
 Collegium ingreditur. FRAN-
 CISCVS

FRANCISCVS pro foribus præstolaba-
 tur. Iure, inquit, optimo, Princeps
 amplissime, omnes te omnium æta-
 tum ordines, doctique homines, ho-
 noris gratia, vt scientia parentem,
 deducunt: hic quoque, licet indoctus
 cætus (se nimirum, & cocum si-
 gnificabat) tuus est, tibiq; deuotus.
 Adduci tum nullo modo potu-
 it, pugnante licet, diuque vrgen-
 te Henrico, vt caput tegeret: ob-
 firmato enim animo honorem
 illi debere serio affirmabat. Ac-
 cessit eo ipso tempore & Brigant-
 inus Dux è Villauitiosa oppido,
 Henricum Lusitaniæ Principē,
 eademque opera FRANCISCVM
 salutaturus. Post FRANCISCVS
 & Collegium Bracarense lustra-
 uit, nuper ædificari cœptum,
 sumptu Bartholomæi, Marty-
 rum cognomento, è familia Di-
 ui Dominici, Archiepiscopi: qui
 singu-

218 DE VITA FRANC. BOR.

singularem cum doctrina pietatem ita coniunxerat, ut vita re præstaret incertum esset. Sociorum hic opera, in commisso sibi grege curando uti velle præ se ferebat; quod re etiam præstitit. Post ut erat summa vitæ innocentia, & sanctitate, sponte abdicato Episcopi officio, cellæ cœnobij se iterum, suisque reddidit. Scripsit re penitus explorata, Chrysostomi, & Gregorij Pontificis exemplo, *De cura Pastorum*, volumen egregium.

CAPVT XVIII.

*Portuensis Collegij Societatis
initia.*

COLLIGERE sese & ipse FRANCISCVS, ad orationemque, ut solet, & solitudinem festinabat. Profectus itaq; in Gallicæ fines, ut à publicis negocijs, quæ nimis occupatum ha-

habebant, se abduceret: Portum
 venit, quæ Vrbs hodie nomen
 retinet, quia portus est oppidi
 Calis: indeq; adeo, vt Hispanica- *Andr.*
 rum rerum scriptores tradunt, *Resende*
 toti prouinciæ nomen inditum. *& Ant.*
 Ea mille circiter, & quingentis *Viperæ*
 passibus Durio flumine, vbi in *nuo.*
 Oceanum influit, imminet, loci
 ingenio, & situ saluberrima. Hic
 olim FRANCISCVS Strada com-
 moratus, assiduis concionibus,
 vt erat in dicendo acer, & vehe-
 mens, magnos antea fructus
 retulerat. Delatus & FRANCI-
 scvs noster Kal. circiter Sextil.
 anni cIo. Io. LX. rectaq; in xeno-
 dochium Rochi Amatoris per-
 tendit, Vix iam ad pedes desilie-
 rat, cum Rodericus Pinetus E-
 piscopus Portuensis salutatam
 accessit. Ciues itē admirabundi
 cognito quis olim Frāciscus fu-
 isset,

isset, atque ob commissam illi
 totius in Hispania Societatis
 prouinciam, & modestiæ nomi-
 ne obseruabant. Postularunt
 Socios eo mitteret, qui eum a-
 grum diuini verbi semine exco-
 lerent. Annuuit Franciscus, impe-
 trauitque, bona cum Episcopi
 uenia, sedem Socijs, & sacellum.
 Re item iuuit Henricus Gouia-
 nus, vir nobilis, ex eorum nume-
 ro, quos Strada antea Christo
 lucrificerat; mutata in melius
 vita, qua virtutis odorem cate-
 ris afflabat ciuibus. Pauperes a-
 lere, ministrare etiam ipse in no-
 socomijs assueuerat: DEO, & So-
 cietati tres filios obtulit, do-
 mumque attribuit. Grassante in
 Vrbe Portuensi lue, pauperum
 curam incautius gerens, occu-
 buit. Non fugit Catharinam,
 Lusitanix Reginam Francisci
 ad-

aduentus, cui per idem tempus:
 peramanter scripsit, latari se,
 quod eam urbem de via attigis-
 set, ciuesque & Episcopum cum
 Senatu optasse, Socios eo mitti,
 Collegiumque excitari. Idem si-
 bi pridem votum fuisse, ratum-
 que esse velle. Tale fere Porta-
 ensis Collegij principium fuit.
 Ille & ætatis immemor, & inua-
 letudinis, cuncta ferre, agere,
 concionari, Eucharistiam manu
 tenendo hortari, pueros aere
 Campano vicariam ad Fidei ru-
 dimenta discenda euocare. Qua-
 re velut hominem cælo dela-
 psam, suspiciebant omnes.

CAPVT XIX.

*Romam à Pio Quarto Pontifice e-
 uocatus, proficiscitur.*

IN secreto hoc secessu libenter
 Iacqueuisset Franciscus, sed
 Pius

Pius Quartus Pont. Max. missis
 litteris, honoris gratia euocauit.
 Nihil vero antiquius FRANCI-
 SCO, quam Pij iussis parere, ta-
 meti fessa iam ætate esset, &
 valetudine non satis firmus, æ-
 stusque anni à profectioe de-
 terreret. Regi mox Catholico
 Philippo. quod erat, exponit: e-
 gredi se Hispania iubente Ponti-
 fice; quem penes, vt Christi vices
 gerentem, summum esset ho-
 minum, rerumq; arbitrium: ora-
 re itaque bona cum venia profi-
 cisci liceret. In viam se dedit, ar-
 dente etiam tum Canicula, an-
 no clō. lō. LXI. adscitis Sociis Pe-
 tro Saauedrio, & Gaspare Her-
 nandes sacerdotibus, & veteri
 comite Marco. Terrestritinerè
 Galliam atigit Narbonensem,
 & Prouinciam. Lauretum vbi
 venit, lustrauit supplex ædem sa-
 cram

1561.

eram Deiparæ Virginis Lauren-
tanæ: religione, simul & loci ma-
iestate, hominumq; frequentia
commotus.

Post A. D. vij. Idus Septem-
bris Romam ingressus, in-
credibili Sociorū omnium gau-
dio acceptus. Pius cognito ad-
uentu, cubiculi intimi Præfe-
ctum salutandi gratia extemplo
misit, expectatum diu, adesse.
Ad se ut migraret, rogat. FR A N-
CISCVS contra comiter pro
officio gratiis actis, recusare. Po-
stridie eius diei postquam illu-
xit, quamuis de via fessus nondū
se collegisset, Pontificis pedes,
more maiorum, exosculatus, ge-
busque nixus, ter assurgere ius-
sus, obduravit, rogando, ob-
testandoque. Tandem obedi-
entiæ imperio, pedibus aperto
capite, institit. De variis mox
vltro,

ultro, citroque habitis sermonibus, honorifice dimittens Pontifex, hisce verbis appellauit. *Notrum est, inquit, te, tuaque sedulo curare, quando raro, & huic seculo inusitato exemplo, te bonu. expoliasti.*

CAPVT XX.

Bis Societatis Vicarius renunciatus.

ABERAT tum fortè Roma Iacobus Laynes, Præpositus generalis Societatis, ab eodem Pio. IIII. Pontifice socius additus Hippolyto Cardinali Estensi, in Galliam Legato, ad Carolum Regem IX. & Catharinam Medicem. matrem: vt darent operam, ne quid nascente hæresi, in Gallia Christiana Reipub. detrimenti caperet. Alphonsus Salmeron, vnus è decé pri.

primis Ignatij Sociis, Romę tum
 à Layne relictus erat, Regni Ne-
 apolitani in Societate Præfe-
 ctus. Verum post non diu ad
 Synodum, Tridentum pridem
 indictam, & nunc instauratam,
 vtrumq; misit Pontifex. FRAN-
 CISCVS vicariam operam præ-
 stare, locumque tenere iussus
 est. Cui muneri cum repugna-
 ret, qua erat animi demissione,
 summo tandem Laynis Imperio
 dicto audiens, acquieuit. Domi-
 omnes Socios hortari, Collegia
 lustrare, re, consilioque ad pie-
 tatem calcar addere: denique
 ad virtutem verbo, & exemplo
 impellere. Publicè verò ad D.
 Iacob. festis diebus concionari:
 ad quem audiendum purpurati
 Patres, Legati, omnisque adeò
 nobilitas confluebat. Gessit hoc
 Romę munus annos aliquot,

L dum

dum demissa Tridentina Synodo, Laynes rediret: qui cum in grauem morbum reuersus incidisset, in sequentis anni eius sæculi quinti, & sexagesimi xiv.

1565.

Kal. Febr. supremum vitæ diem clausit. Igitur extincto Layne, vacuum rursus tenuit locum FRANCISCVS, communi omnium suffragio, antea re bene gesta probatus. Rebus, quoad licuit, ordinatis, ad omnes Societatis in Europa Prouincias, quam citissime tristem nuncium mortis Laynis transmisit: simul monens continuo conuentus agerent, & nouo Præposito delibendo, bini quam maturime Romam aduolarent.

DE

ran
uin